

CLVI

178 **Epigrāma Thome becca**

delli Cymbri adolescentuli primarii & impube-  
ris ad D. Sebastianū Brant vtriusq; iuris docto-  
rē: poetam argutissimū. Argētineñ.

Augescit merito scelix germania fama:

Iam poterit laudes scribere docta suas :

Cedere iā poterit/poterit quoq; tradere palmā

Ausonia: & cedit grēcia magna sibi:

Istic iura nitent: astręaq; virgo gubernat:

Celiuagisq; patent sydera queq; viris.

Pythagorę hū celebrāt: hū docti dogma Platonis

Hic reperis vires o medicina tuas:

Hic quoq; & Aonio reuocantur vertice musę:

Et multis capiti est delia laurus honos.

Vnum sed volitans extollit fama poetā

Pegaseo merlit qui bene fonte caput

Quem leges nec iura latent: sic iura nitere

Carminibus poterunt/pieriisq; modis:

O patrię columen/nostre quoq; gloria gentis

Brante: tuę vates firma columna domus:

Italicas nunq̄ venisti miror ad oras:

Iura tamen calles: Aoniumq; melos.

Thomas  
Beccadellus .  
Bononie  
studeus

Eiusdē thome ad Iohannē Bergmanū de Olpe

O cui posteritas nunq̄ debere negabit

Olpe: hominū qui nō scripta perire sinis

Imprimę conspicuę diuina poemata fame

Branti: diuina hęc condere mente solet

Ad Io. Olpe.